providere de Tabellis pro Secretis, depingi Cruce in fronte Altaris, et cooperiri Tela seragula ad arcendum pulverem infra duos menses sub penis.

De Altare S. Caroli

Olim erat de Iuribus Heredum q. Iulij Cesaris Perronij, ad presens Ecclesiæ, iure devolutionis, et decreto episcopi Sillari enunciato in visitatione epi. Alecti. Celebratur in eo die festo Sancti Nicolai, et quia solummodo tam prefatum Altare, quam alterum S. Alberti, ornantur diebus festis eorund. S., et Ecclesiæ Illmus D. mandavit utrumque cooperiri Tela seragula.

De Sacristia

Adinvenit eam sufficienter provisam, et mandavit deaurari Patenam infra mense.

De Confessionalibus

Mandavit apponi in eis Sacras Imagines, et Casus reservatos.

De Tota ecclesia

Recognosci, et reaptari Tectum in locis necessarijs infra mense.

De Ecclesia S. Antonij
Abbatis

Paràm distat à Superiori ecclesia, et est de Iuribus Fratrum S. Antonij abbatis Viennensis de urbe

Unicum habet Altare cum onere missar. duodecim annualium
quae celebrantur à Cappellano pro tempore, qui ad praesens est
A. Can.cus Floridi, cui mandavit doceri de adimplem.to
et exhiberi notam bonor. Insuper elevari paulisper
Lapidem sacrum, totumque Altare cooperiri tela cerata sub-
tus mappas, et desuper tela seragula, et provideri de
novis Tabelis pro secretis.

De Tota ecclesia

Restringi foramen camini existentis in sacristia, itaut per
illud non possit haberi ingressus. Reaptari tectum, et exte-
rius expurgari à vepribus, et renovavi Decreta Praedeces-
sor., nempe quod imposterum ante fores eccl.ae, nullus co-
lat terrenum, ibique iniiciat fruamentum, vel semen canapi-
nu excrescendo impediat liberum accessum ad ecclesiam

Praefati R.R. S. Antonij tenentur quolibet anno persolvere
mense ept.ti canonem, seu Cathedraticum Iuliorum septem, et
obulor. quinque.

De Ecclesia S. Sebastiani

Comendata est Societati SS. Trinitatis
Unicum habet Altare cum simulacro marmoreo S. Nicolaij,
in cuius festo tantum celebratur ex consuetudine, et de-
votione. Ibi etenim dicta die conveniunt Confratres
d.ae Societatis processionaliter, et in ea recitare solent
officium B.mae Virginis M.ae